Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25980
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dnica sexta. Cap.

Christus passus est pro nobis. Vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius.

Oratio

Deus qui in filii tui humilitate iacente mundum erexisti, fidelibus tuis perpetua tribuere letitiam, ut quos perpetue mortis eripuisti casibus gaudiis facias sempiternis perfrui. Per.

Debita virgine. Ora.

Deus qui per glorioseam virginem filii tui familiam letificare dignatus es, nos quoque, ut per eius venerabilem genitricem vite tue viam gratiam perpetue vite gaudia inveniamus, gloria consequamur. Per.

Deomnibus sanctis. Colla.

Omnipotens sempiterne deus, nos famulos tuos dextera potentie tue ac tuis protege periculis, et beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis fac nos pacem gaudere prosperitate et futura. Per.

Propace. Colla.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt opera, da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium subiecta formidine, tempora sint tua precione tranquilla. Per.